Ad secundam cōfirmationē de p-
ductione noticie pminis: cōiter dicitur
vt arguēdo ē dictū: requirunt plures no-
ticie singulares rerū significatarū p illā
cōmunē noticiā cū aliqua noticiā cōpa-
ratiua qua mediāte pparant tales res
adinuicē fm convenientiā aliqua essen-
tialē si debeat formari. noticia cōis ab-
soluta vel accidentale si cōnotatiua sal-
tem extrinsece. Et quādo querit de ta-
li noticiā cōparatiua vel eēt cōplexa vel
icōplexa pbabili⁹ videt q^o sit complexa

in hoc
et notitia
at potētia

155

no bō



una possit
mari sicut
notitia
notitia

Ad requirunt
productionem
noticie cōis

In sensu in quo notitia cōis



etiam ppositio[n]alis pposita ex singulari-
ribus vel iudiciaria. Nec p[ro]pterea sequi-
tur q[uo]d talis notici[a] c[on]s[ist]it solum a singulari-
bus p[ro]ducitur: in tali notici[a] c[on]pleta in-
cluditur aliquis act[us] s[ic]ut cathogoreuma-
ticus. Etia[m] non videt[ur] absonu[m] dicere vt
prius dicebat loquedo de actib[us] s[ic]ut
thogoreumaticis q[uo]d ad qualib[et] noticiam
talem c[on]em c[on]currit volu[n]tas mediante
aliquo eius actu: nisi habeatur habitus
vel species remanens ex aliqua tali no-
ticia prius habita.

Sed dices si requi-

retur plures noticie singulares reru[m] si-
gnificataru[m] &c. Sequeretur q[uo]d dare[re]t ali-
quis termin[us] c[on]s[ist]it cui[us] noticia no[n] posset
haberi ab aliquo illi[us] videt[ur] inc[on]ueniens:
sequa t[ame]n patet de termino c[on]s[ist]it qui no[n] po-
test h[ab]eri nisi vnu[m] suppositu[m] vt est iste ter-
minus sol vel de[us]: no[n] est p[oss]it haberi plu-
res singulares noticie reru[m] significata-
ru[m] per tale terminu[m]. **C**iliter sequere-
tur easde[m] singulares noticias p[ro]ducere
noticia[m] genericam etia[m] noticiam specificam
quod non videt[ur] p[ro]cedendu[m]. **C**It[em] si re-
quirerentur tales noticie reru[m] signifi-
cataru[m] per noticiam c[on]em posito q[uo]d talis
c[on]s[ist]it noticia sit c[on]notatiua vel p[re]requi-
reretur noticie reru[m] significataru[m] p[ro] ip[s]o
de materiali vel de formali significato.

Ad ista[m] r[ati]o[n]detur. pro primo dico
breuiter admissio q[uo]d sit ta-
lis terminus c[on]s[ist]it absolut[us] non signifi-
cans nisi vna[m] rem non p[otes]t naturalit[er] ab
aliqua potentia cognitiua haberi notici-
a cui subordinaret talis termin[us] c[on]s[ist]it
s[ic]ut talem eius significatione[m]. Nec habet
noticiam c[on]em de deo vel sole nisi c[on]-
notatiua vel inadequate representantem
deu[m] aut solem. Conceditur illud q[uo]d con-
sequenter inferitur / loquedo de ca[usa] partia-
li & inadequate: imo quicunq[ue] noticie sin-
gulares siue obiecto[rum] eiusdem speciei
siue diuersarum specieru[m] possunt c[on]cur-
rere ad productione[m] alicuius noticie ge-
nerice. alia t[ame]n p[re]paratiua requirit[ur] p[ro]-
ducendo noticiam genericam & alia p[ro]ducen-

do specificam: etia[m] cum eisdem singulari-
bus. **C**De noticia c[on]s[ist]it c[on]notatiua que
significat de formali aliud ab illo q[uo]d de
materiali significat: p[ro]cedo q[uo]d p[re]supponit
noticiam significati formali sicut si-
gnificati materialis: lz no[n] p[re]cedat no-
ticia absolute significans o[mn]ia que p[er] tales
terminu[m] ip[s]o[n]tant de tali significatione
et ita ad tale noticiam habenda[m] p[re]requi-
runtur plures q[uam] due singulares noticie.

Contra

responsione ad secundam
partem dubij arguit[ur]: pri-
mo contra op[er]atione[m] dicentem mentale[m]
propositione[m] vltimata[m] componi ex noti-
cijs specie distinctis. alicuius talis p[ro]-
positionis subiectu[m] & p[re]dicatu[m] sunt eiusde[m]
speciei: p[ro]p[ter] de illa cui[us] extrema sunt ter-
mini synonymi vt est ista / o[mn]is ho[m]o e[st] homo
CForse dices non op[er]o[rum] cuiuscunq[ue] talis
p[ro]p[os]itio[n]is quamlibet noticiam a qualibet
alia specie differre: sed sufficit q[uo]d inclu-
dat aliquas noticias specie differentes
taliter q[uo]d o[mn]es collectiue non sint eiusde[m]
r[ati]o[n]is: & hoc in o[mn]ibus est veru[m] p[ro]p[ter] actus
s[ic]ut cathogoreumaticum copule.

Contra

si dicte p[ro]p[os]itio[n]is sub-
iectum & p[re]dicatum es-
sent eiusdem speciei / sequeretur q[uo]d copo-
neret vnam noticiam postq[uam] sunt quali-
tates eiusde[m] speciei: et in eode[m] subiecto
adequato. Nec est simile vt dicebatur in
precedentibus de qualitate resultate ex
noticijs eiusde[m] r[ati]o[n]is obiecto[rum] distin-
cto[rum]. Si concedat[ur] q[uo]d faciunt vnam no-
ticiam / habebit aliqua m[et]alis vltimata
solu[m] ex duab[us] noticijs coposita: & ita tal[is]
p[ro]p[os]itio carebit subiecto vel p[re]dica-
to: vel eadem noticia erit subiectu[m] et p[re]-
dicatu[m] quor[um] quodlibet est inc[on]ueniens

CIt[em] sequeretur eandem m[et]alem
vltimata[m] esse veram & falsam inno[n]e-
cessariam et impossibile[m] s[ic]ut eandem
significatione[m]: patet de ista p[ro]p[os]itio[n]e
omne animal possibiliter est risibile
q[uo]d sit impossibile est notum: et necessi-
tas eius probatur: tales quinq[ue] termini
componentes illam propositionem &c.
componunt talem / omne risibile possi-

biliter est aial (cuius necessitas patet p
 singulares sub subiecto) quod si nega-
 veris. probatur. sit Sorites habens ta-
 les duas ppositiones dictis modis si-
 gnificantes: quarum vna sit a: q̄ signifi-
 cet omne aial dosibiliter esse r̄sibile z
 alia b/ significās oē r̄sibile possibiler
 esse aial. Tunc sic arguit a z b/ sunt mē-
 tales vltimate eiusdē rōis / ergo eodez
 mō naturaliter pprie significāt z ex cō-
 sequēte vtraq̄ ē impossibilis : z similiter
 necessaria. Assumptum p̄z quilibz ter-
 min⁹ vnus ē eiusdē rōnis cū aliqua p-
 te alt erius z ecōtra per oīs totales p-
 positiones erunt eiusdē rōis : nō aliter
 probatur q̄ Sorites et Plato sit eius-
 dem rationis.

Si forte dicatur licet extrema
 sint eiusdē rationis tam-
 men act⁹ s̄nchategozematici non sunt
 eiusdē rationis postq̄ nō eodē mō i cō-
 similes terminos cadit virtus vnus si-
 cut alterius illozū actū. **¶** Vnq̄ actus
 s̄nchategozematici sunt eiusdē ratio-
 nis nisi ita cadāt supra cōsimiles ter-
 minos z eodem modo.

Contra illud arguitur sequitur
 istas mentales esse eius-
 dem rationis : omnis homo possibiliter
 est homo z homo oīs homo possibiliter
 est: z ex illo semper habebit q̄ eadem p-
 positio sit necessaria z impossibilis : al-
 sumptum pater: quilibet terminus vni-
 us est eiusdem rationis cū aliquo alte-
 rius z econuerso: qz si instaretur maxie
 esset de signis distributiuis et copulis
 verbalibus; sed tales copule vniunt ex-
 trema similia et eiusdem rationis . Si
 militer totum sequēs signum distributi-
 uum in vna est eiusdem rōis cuz toto se-
 quente signum distributiuum in alia vt
 faciliter probari potest: postq̄ ambo ex-
 trema sunt eiusdem rationis cum quo-
 libet ipsozū.

¶ Nec valet dicere copulas verbales
 non esse eiusdē rationis licet vniāt ex-
 trema eiusdē rōnis: non tamē eodē mo-
 do: vna est de modo loquendi consueto

et non alia: qz pro prima capiēdo istaz
 omnis homo homo possibiliter est. que
 est de modo loquendi cōsuetō sicut alia
 eodem modo pcederet argumentum.

¶ Si forte dicatur licet signa vniuer-
 salia preponantur terminis eiusdem ra-
 tionis: non tamen eodem modo agunt
 in tales terminos postq̄ in vna ppositi-
 one signū et distribuit et cōfundit: z in
 alia solum distribuit.

Cōtra ex oibus istis habentur ta-
 les et eiusdē rationis et sy-
 nonime. scilicet omnis homo homo pos-
 sibiliter est. z homo omnis homo homo
 possibiliter est postq̄ quelibet pars vni-
 us est eiusdem rationis cum aliqua par-
 te alterius : et econtra . supposito q̄ si-
 gnū vniuersale in secunda confundat
 predicatum et non sit pars extremi: sed
 vna illarū est impossibilis et necessa-
 ria: igitur.

Confirmatur cōtra oī
 pinionem ponētem mētalem vltimatāz
 esse simplicem noticiam et non composi-
 ni ex partibus diuersarū rationū. **¶** Et
 illa sequitur nullam talem ppositionē
 habere subiectum / copulam / vel predi-
 catum: et ita nec aliquam ipotheticam
 componi ex pluribus cathēgoricis: z ex
 consequēte nulla talis esset affirmatiua
 vel negatiua. aut alt cuius quantitatē:
 postq̄ nec affirmat nec negatur copula
 nec subiectū sumitur cuz signo: aut sine
 signo quantificāte: z ita ad veritatē co-
 pulatiue non requireretur vtriusq̄ par-
 tis veritas: nec ad bonitatē consequētie
 q̄ antecedens nō possit verificari: z om-
 nia ista sunt contra comunē Logicaz
¶ Nec valet dicere q̄ illa intelligūtur de
 vocalibus et scriptis: quia in talibus fa-
 cilius verificātur illata in argumento.

¶ Similiter si cathēgorica vocalis cō-
 poneretur ex subiecto / predicato / et co-
 pula: sit ista vocalis homo est aial. tunc
 queritur vel cuiuslibet illarū partū re-
 spondet aliqd in mētali vltiata vel non
 Si datur primū capiatur tres termin

*Ita nec s̄m
 cupit tōm
 cadit in p
 z mod s̄m*

*o Ratio
 nque baas
 y Reprom
 in mēto
 dicitur q̄ sit
 s̄m s̄m p̄z
 s̄m s̄m p̄z*

*q̄ sit d̄nōmia d̄nōmia
 s̄m s̄m p̄z s̄m s̄m p̄z
 s̄m s̄m p̄z s̄m s̄m p̄z*

Contra si copule dictarū propo-
sitionū essent eiusdē ratio-
nis sequeret̄ q̄ eadē copula vniuoce ca-
pta possit vñire illos t̄minos sortes pla-
to: et talem terminum sortes cum eius
termino sinonimo. Si illud cōcedatur
sequitur q̄ stantibus noticijs sortis et
platonis in eodē intellectu: intellectus
ille non possit formare talem p̄positio-
nez sortes ē sortes quin simul formaret
talē sortes est plato: et etiā talē plato est
plato illud nō est concedendum: igitur.

Ad istam replicā respōsum est
sufficenter arguēdo
vsq; ad illū qd̄ tangit̄ de illis. p̄positio-
nibus sortes ē sortes: plato ē sortes vbi
pot̄ est dici: licet extrema taliū p̄positio-
num sint eiusdem rationis nō p̄pterea
oportet copulas eē eiusdē rōnis postq̄
extrema nō sunt sinonima vt p̄z ex p̄ce-
dentibus licet diuersitas specifica obie-
ctorum arguat diuersitates specificam

acturū: ex idēitate t̄n̄ specifica obiecto-
rū nō cōcludit̄ idēitatis specificam actu-
um. ¶ **¶** Pot̄ est similis dici vt arguendo
dicebat nō icōuenire duas p̄positiones
nō sinonimas esse eiusdē rationis: sicut
duas sinonimas esse diuersarū rationū.
et cōsequenter dico q̄ actus vñitiū ali-
quorū extremorū non potest vñire alia
extrema non sinonima cū illis: licet di-
ceretur actus tales eiusdē rationis: non
oportet si aliquid natū est cōuenire alie-
cui in diuiduo alicuius speciei: q̄ illud
idē numero natū sit cuiuslibet alteri indi-
uiduo illius speciei auenire: sed sufficit
q̄ illud vel aliquod simile i speciei: vt sor-
tes natū est causare noticiā sortis et non
plato. ¶ **¶** Ex isto patet ad vltimū pun-
ctum replicę q̄ stantibus noticijs sortis et
platonis in intellectu: intellectus potest
apprehendere sorte esse sortem non ap-
prehēdēdo sorte esse platonē postq̄ di-
uersi actus vñitiū requirūt̄ ad vñio-
ne taliū extremorū licet eiusdē rōnis et
sinonimi q̄ ad modū significadi eēntiale

Ad cōfirmationē r̄ndeli
cet cōis

dicta de p̄positione et ei⁹ diuisionib⁹
mezorū diuisionib⁹ magis quadrant
cū opinione ponēre mentalē vltimatāz
cōponi ex noticijs specie differētib⁹ ali-
quo modo tamen responderi potest s̄m
aliam opinionē: dicendo q̄ ad p̄posi-
tionē vniuersalē non oportet subiectum
suū cū signo vniuersali accipi: s̄z sufficit
q̄ vniuersaliter significet et ita dicitur
affirmatiua que affirmatiue enūciat: et
p̄portōabiliter dari possunt diuisionē
nes aliorū membrorū: et cōsequenter di-
ceretur ad veritatē copulatiue vel disiu-
ctiue sufficit q̄ ita sit sicut per talem p̄-
positionē significat: licet in mētali⁹ vl-
timatis non possit dari aliqua talis ve-
ra quin quelibet ps eius simpliciter sit
vera: et ad bonitatē p̄ne sufficit et requi-
ritur q̄ nō potest ita esse sicut significatur
per antecedens et c. talis consequentię
vel alicuius alteri⁹ possibilis sinonime
cum illa s̄m talē significationē.

Ad aliud qd̄ videtur difficilius
de trib⁹ terminis mē-
talibus quib⁹ subordinātur ille tres vo-
cales homo est animal pot̄ dici lz culti-
bet p̄positioni vocali vel scripte respō-
deat aliqua mentalis incōpleta tali eti-
am pot̄ respondere aliqua mentalis cō-
pleta: istud tamen non videtur confor-
me opinioni: quia Gregorius defensor
opinionis dicit omnem p̄positionem
mentalem vltimatāz esse simplicem no-
ticiam. ¶ **¶** Ideo aliter dicitur concedē-
do nichil in mente vltimata adequate:
respondere copule verbali et consequen-
ter cōcederet q̄ nullū purū sincathego-
reuma est p̄prie terminū ad sensus dictū
q̄ sibi r̄ndet aliqua noticia mētalis: sed
dicūt sincathegozeumata qz totū resul-
tans ex illis et alijs cathegozeumatis
aliter s̄nt q̄ significarēt talia cathego-
reumata p̄ se dicere: et tūc diceret q̄ p̄-
positio vocalis vel scripta non haberet
significationē cōsurgentem ex significa-
tionibus suarum partium ad sensum cō-
muniter datum: sed incomplexē signifi-
caret sicut quecunq; suarum partium.

ofes

Nota

videtur qd̄ not
videtur qd̄ not
videtur qd̄ not
videtur qd̄ not

Et ad aliud de terminis complexis non sequitur illatum licet nulla sint sine cathoregoreumata potest dari alijs terminis? cōplex? soluta potestus ex cathoregorematib? vt cōplexū resultans ex substantiuo et adiectiuo: vel determinatione z determinationabili: de distinctiōe copulatis z conditionatis. eodē modo diceretur sicut de totali propositione.

passiva p quanto nata est in se recipere aliquid: z actiua inq̄tum nata est agere z producere aliquid effectus.

Capitulum A

Ad secundū dubiū principale ubi querebat: an q̄z potentia cognitiua pot̄ simul habere plēs notitias zc. fm scolā thomistarū negatiue est respondendū vt patz. lxxxv. q. p̄me ptis summe i quarto articulo: ubi dicit impossibile ē q̄ idē intellectus simul pficiat per diuersas species intelligibiles ad intelligendū diuersa in actu: z cōsimiliter de alijs potētīs dicere. ¶ Sed hec opinio non placet primo sic nō videtur q̄ possit haberi p̄positio mentalis vltimata: qz vel cōponeretur ex pluribus noticijs vel plures presupponeret: scđo nō posset sic haberi aliqua noticia reflexa: abstractiua em̄ presupponeret intuitiua: z intuitiua nō posset haberi in absentia obiecti: tertio non videtur qualiter intellectus distingueret inter aliquas res nisi illas simul cognosceret. ¶ Ideo aliter dicendū est cōfomeriter ad cōem modū doctoz. que libet potētia cognitiua potest simul habere diuersas notitias distinctozū obiectozum/ immo eadē potētia potest habere simul plures notitias eiusdē obiecti vt patet de noticia reflexa z eius directa: similiter de intuitiua z abstractiua z ita de partib? eiusdē cōplexē noticie: z assensib? antecedētis z cōsequētis eiusdē demonstratiōis: z intelligo de noticijs totalib?: qz de partib? non est q̄sto.

¶ Tunc fit p̄ima p̄positio: cuiuslibz potentie passiuę. capacitas passiuę est infinita: sic q̄ quelibet talis quantum est de se potest recipere vnam quantitatē infinitam vel infinitas non cōponētes vnā

prima propo

¶ Secunda p̄positio. Nulla potentia creata est infinite actiuitatis z per p̄ns nulla talis potentia cognitiua creata ē infinite capacitatis actiue: nō em̄ potest aliqua talis quantum est de se habere noticiam infinitam intēsiue vel infinitas distinctas z totales. ¶ Utrū tamē deus potest talem potētiam producere esset alia questio. Et dico probabilit̄ qz nullam implicat cōtradictionem aliquam esse potētia cognitiua m̄ creatam que naturaliter z solum cum cōcursu dei generali post eius productionm poterit vnam noticiam infinite intensam: similiter z infinitas notitias distinctas z totales producere: nec sequeretur talem potētiam esse infinite perfectam essentialit̄ aut equalis potētie simplr cū deo nō op̄z p̄portioabil̄ sicut vna potētia ē p̄ductiua pluriū vel pauciorū noticiāz q̄ alia/ sic p̄portioabiliter sit essentia liter perfectior: vel imperfectior

scda

Intell est tu aco tu tu cogit argum tendet

Intensio gen infimato Re coz asho tu p̄fisiō p̄fectio

Pro secūda pre dubij ubi virtualit̄ q̄rit de capacitate ipsi? potētie cognitiue p̄ponēs p̄supposita distinctiōe de capacitate potētie actiue et passiuę: q̄ termini pro eadē re supponūt: sed d̄r ania cae

Contra r̄sione ad scđam partē dubij arguit: si potentia aliqua esset infinite passiuę seq̄ret q̄ eēt infinite p̄fectiōis postq̄ potētia receptiua alicui? est alicui? p̄fectionis: z q̄ esset receptiua pluriū/ maioris p̄fectiōis: igitur si sit receptiua infinitoz erit infinite p̄fectionis. ¶ Forte dices recipere dicit potius impfectionē q̄ perfectionē: z sic non oportet q̄ potentia que est pluriū receptiua sit alia p̄fectior.

partē q̄ recipere dicit impfectionem perfectionem

¶ Contra ex illo seq̄ q̄ q̄z talis potētia eēt infinite impfecta: qz si recipere z parti dicat impfectionē/ plura vlt̄ magis recipere oz dicē maiorē impfectionē: z ita recipere infinita dicit infinitā impfectionē: igitur nō possit aliq̄ potētia creata habere infinitā noticiā vlt̄

partē q̄ recipere dicit impfectionem perfectionem

Commutatio is. r̄sio. p̄fectio. q̄rit de capacitate ipsi? potētie cognitiue p̄ponēs p̄supposita distinctiōe de capacitate potētie actiue et passiuę: q̄ termini pro eadē re supponūt: sed d̄r ania cae

Item si at habere infinitā noticiā vlt̄

partē q̄ recipere dicit impfectionem perfectionem

ultima potentia reata
et infima aduicatio

ordina agni
d finit
da q finit
magis ad q
d pudum
my notie
dms no ad
vnd q so
z icud m
vmar ad
ovio mfi
mte pph
c effe d
actima

infinitas distinctas z totales: hoc ideo
esset qz illud argueret talē potentia eē
infinitā. sed illud nō est dicendū primo
si poneret habit⁹ infinit⁹ in aliqua potē
tia / talis mediāte illo hūtu infinito pos
set vnū actū infinitū pducere. ¶ Si for
te dicat / nō ppterea q aliqua potentia
pōt cum infinito adiutorio effectum in
finitum producere sequitur q illa sit in
finita actiua / sed si cum cocurru dei ge
nerali z finito adiutorio solum possit i
finitum effectus producere argueretur
sufficenter eius infinita actiuitas.

Contra illud arguit: seqret q po
tentia cognitiua fortis
cū ifinitis distinctis z totalib⁹ habitib⁹
posset infinitos act⁹ simul producere si
cut cū vno infinite intēso habitū posset
vnū actū infinite intensum causare: sed
illud est falsuz: igit: consequentia tenet
cū maiore postqz infiniti distincti z tota
les habitus infinite adiuuāt vel nati sūt
adiuare potentia: sicut vn⁹ habit⁹ infi
nitus: minor tū pbaf: tūc quāto plures
essent habit⁹ in aliqua potētia tāto pos
set exire i plures act⁹. ¶ Si ite eadē rō
ne potētia cū ifinitis obiectis illi debi
te pntentis pducere posset ifinitas no
ticias illoz obiectoz istud ē falsuz z cō
tra experientia: igit. sequela tamen pro
batur / ex parte infinitoꝝ obiectoz natū
ē puenire ifinitū adiutoriu sicut ex pte
ifinitozum habitum distinctozum.

Cōfirmatur si potētia cogni
tia creata sicut
aia. esset finite actiuitatis solū seqret q
pntentis illi equaliter plurib⁹ obiectis
posset tātū conatū apponere ad formā
duz noticiā vnū illoz obiectoz q nullo
mō pciperet aliū sed illd est flz: igit: ma
ior est nota ex eo q pōt totā ei⁹ actiuita
tē z totū ei⁹ conatū apponere vt cogno
scat vnū determinatū obiectuz: z minor
pbaf qz sic scaret aliquez esse in medio
ignis / z nō pcipere ei⁹ calorē in medio
obiectoz visibiliū illi sufficēter appro
ximatoꝝ medio z oculis bñ dispositis z
aptis nullū illoz videndo: ista videntur

incōuenientia z contra experientia: igit

Tum ē si capacitas actiua aie eēt
finita et terminata seqret q
terminaret ad numeruz noticiarū sicut
ad intensiōē noticie: sed illud pbaf fal
sum: z sit rei veritas q terminet ad nu
merū denariū noticiāz totaliū i quacū
qz intēsiōe volueris: si nō possit habere
simul plures noticias qz decē hoc ideo
esset: qz ad illas apponeret totā ei⁹ acti
uitatē z totum eius conatus: sed ex illo
probat q possit plures habere noticias
ponat q circa vnā illaz aliq mō remit
tat ei⁹ conatū z actiuitatē sic q remittat
talis noticia ad subduplū alijs cōserua
tis in priore intēsiōe / adhuc manerēt
decem totales noticie cum quibus illa
potentia non applicat totuz eius cona
tum z actiuitatem: ergo residuum cona
tus potest apponere in formatione ali
cuius noue noticie prioribus manenti
bus: z per consequēs potest habere plu
res qz decem noticias: igitur.

¶ Si forte dicatur argumentū nō pro
bat q possit habere plures noticias stā
tib⁹ decē in tali intēsiōe: sed bñ i mino
re intēsiōe quod non est incōueniens .

Contra ex illo sequit q nō termi
naret ei⁹ capacitas q ad
numerum noticiaruz simpliciter sic sci
licet q aliquo certo numero dato non
possit habere noticias in maiore nūero
nec in tali intensiōe / nec minore (quia
quocunqz numero z quacunqz intensiō
ne datis ducetur argumentum vt pri⁹)
z si illud concedatur sequens erit q in
finitas distinctas z totales noticias pos
sit simul hēre quod a nullis conceditur .

Respondetur ad argumētū
vt arguēdo di
cebat vsqz ad replicas vbi dicitur q qlz
potētia passiuā eēt infinite ipsēctā. Ali
qui nō haberēt p incōueniēte cōcedere
quālibet creaturam esse infinite imper
fectam: hoc attendendo imperfec
tionem penes distantiam a summa perfe
ctione . sed consequēter esset pcedendū
omnes creaturas esse equalis imperfe

pr d m
appo m
vide m

obscuria finira / my habit
d finis possit d finim vnū
pducere

eius actiuitatem in p[ro]ductio[n]e talis noti-
cie: igitur ¶ Si dicatur potest simul ad-
uertere ad diuersa obiecta: & vna parte
conat[ur] & actiuitatis apponere vt habeat
noticia[m] vni[us]: & reliqua[m] vt habeat noti-
cia[m] alteri[us] ¶ Contra ex illo seq[ui]t[ur] q[uo]d nu[n]q[ua]m
haberet vna[n]t[em] noticiam nec plures: quin
tota eius capacitas esset repleta q[uo]d non
est concedendum.

Ad istud

dico: lz pot[er]ia cogniti-
ua naturaliter agat p[ro]-
ducendo noticia[m] alicui[us] obiecti[us] scd[em] vt
tim[or] sue potentie ad istu[m] sensum q[uo]d cu[m] ta-
libus circ[um]sta[n]tijs no[n] pot[er]it habere maior[em]
noticia[m] talis obiecti / no[n] t[ame]n sic applicat
semp[er] tota ei[us] actiuitate in p[ro]ductio[n]e no-
ticie q[uo]d no[n] possit habere intensio[n]em vel plu-
res noticia[s] alio[rum] obiecto[rum] siante illa
que admodu[m] in alijs agentib[us] naturalib[us]
dicendu[m] est: calidu[m] vel frigidu[m] introdu-
ces in vno passo t[ame]n qualitate[m] sicut po-
test cu[m] tali applicatio[n]e no[n] impeditur quin
in aliud passum etia[m] sufficienter app[ro]-
ximatu[m] simile introducat. qualitatem.

¶ Cum isto t[ame]n stat q[uo]d tanta[m] noticia[m] ha-
beat circa aliq[ui]d obiectu[m] vt no[n] possit alia[m]
nona[m] p[ro]ducere nisi p[er]sistens remittatur
vel desinat esse totaliter: & hoc ponendo
eius actiuitate[m] terminari p[er] affirmatio-
ne[m] de maximo quantu[m] ad intensio[n]es no-
ticie: aliter esset dicendu[m] ponedo q[uo]d ter-
minaretur per negationem de minimo
et in hoc non est omnino simile de poten-
tia cognitiua et alijs agentibus natura-
libus.

Ad tertium dubiu[m] prin-

cipale vbi q[ue]rebatur vtru[m] pot[er]ia cogni-
tiua producat noticia[m] in inst[an]ti vel suc-
cessiue. Co[m]munis opinio doctoru[m] est q[uo]d
quelibet pot[er]ia cognitiua[rum] sensitiua et
intellectiua: sicut & ipsa volu[n]tas potest
q[ui]ntum est ex parte eius p[ro]ducere actum
in inst[an]ti: & ita dicerent de luminoso p[ro]-
ducere lumen & de obiecto sensibili p[ro]-
ducere species per medium q[uo]d si talia
agentia applicare[n]t in inst[an]ti passis
& medijs sufficienter susceptiuis suoz

effectu[m] p[ro]duceret tales effectus in sa-
stanti nec possent maior[em] effectu[m] p[ro]-
ducere extensiu[us] vel intensiu[us] salt[em] cu[m]
tali applicatio[n]e alij[us] p[ro]similiter se ha-
bentibus postq[uam] successio in motu p[ro]-
uenit causa resistente extrinseca: vt gra-
ue successiue per medium descendit / et
ignis introducit in aquam calorem suc-
cessiue. modo pot[er]tia cognitiua non a-
git cum aliqua resist[ent]ia. Ideo ponit
ipsam posse agere in inst[an]ti. nec p[ro]pter
ea negarent quin possit tale agens suc-
cessiue producere eius effectum per suc-
cessiuam maioratione[m] adiutorij vel me-
liore[m] applicationem. Alij p[ro]babiliter te-
nent quodlibet ag[ens] creatum lib[er] vel
naturale pure naturaliter agens succes-
siue producere suu[m] effectum: & dicit esse
aliqua resist[ent]ia intrinseca sicut est po-
ter[ia] finita & limitata ip[s]o ag[er]is: & p[ro]-
dicerent graue in vacuo moueri successi-
ue: lz no[n] sit aliqua resist[ent]ia ex parte me-
di: est t[ame]n finitas virtutis ip[s]ius agentis
Et p[ro]portionabiliter descendit de
pot[er]tia cognitiua et luminoso etia[m] posi-
ta applicatione sufficiente in inst[an]ti: licet
in ei[us] actione no[n] inuenit resist[ent]iam ex-
trinsecam: t[ame]n successiue producti eius
effectu[m] p[ro]pter limitatione[m] et finitatem
pot[er]tie ei[us]: & ita nullu[m] ag[ens] finite virtu-
tis pot[er]it in inst[an]ti p[ro]ducere effectum / etiam
secl[us]a quacunq[ue] resist[ent]ia extrinseca: i[n]-
telligendu[m] est deo non specialit[er] p[er]curr[en]-
te cu[m] illo. Et q[uo]d circa materia[m] huius du-
bitationis physicales & altiores difficul-
tates proposito imp[er]tinent extractari so-
lent: remitto ipsam alibi plen[us] determi-
dam transire videar non multum rece-
dens a proposito breu[em] adducam ra-
tionem.

Et arguitur sic Pot[er]ia

sensitiua non potest p[ro]ducere ei[us] no-
ticia[m] in inst[an]ti. igitur assumptum pa-
tet de pot[er]tia visua que no[n] potest no-
ticiam producere: nisi per successiuam
applicationem obiecti vel motum au-
t p[er]tensionem oculi modo quocunq[ue] illo

Attende

obstantia
ma p[er]
noticia[m]
in inst[an]ti
inst[an]ti
p[er] se

primis
deus
et for[is]

¶ P[er] hunc ag[er]is n[on] p[ro]ducit q[uo]d a natura
sua p[ro]p[ri]a p[ro]ducit s[ed] p[er] hunc ag[er]is d[icitur]

Alia

20 Item potest videri in instanti non posse produci in instanti

noticie

rum modorum acquiratur visio (postquam non est dandum primus esse visionis taliter acquisite) oportet dare ultimum non esse per consequens successiue acquiratur visio in tali potentia: et proportionabiliter argui potest de qualibet alia potentia sensitiva quod non producat noticiam in instanti sed solum successiue igitur. Item non potest dici quod noticia auditiva producat in instanti postquam eius obiectum non potest esse in instanti scilicet vox vel sonus. alias daretur noticia sensitiva exterior: et per consequens intuitiva non existere ei obiecto. ¶ Similiter non potest dici quod haberetur talis noticia in aliquo instanti extrinseco temporis in quo adequate esset tale obiectum: et eadem ratione qua poneretur esse in vno instanti intrinseco talis temporis etiam in alio et ita daretur eius ultimum non esse quod non est dicendum. Respondedo etiam talem noticiam esse in instanti medio illius temporis. potest esse quod nulla pars talis obiecti sit futura post illud instanti: et sic fuisset noticia sensitiva cuius nunquam erat obiectum. ¶ Hec etiam videtur dicendum quod talis noticia auditiva producat successiue quia maxime successiue producitur per illud tempus in quo esset eius obiectum et per consequens vna pars eius produceretur in vna parte illius temporis: et alia in altera: sed illud probatur falsum: sit ita quod proferatur coram Sorte ista vox homo in vna hora: sic scilicet quod in prima medietate hore proferatur prima syllaba et in secunda medietate hore secunda syllaba. tunc signata parte noticie totius vocis que producit in prima medietate talis hore: quere vel illa pars noticie representat totam vocem vel precise primam eius syllabam: ex primo datur noticia talis pro tempore pro quo non est eius obiectum: et secundum infertur noticiam totius componi ex noticiis partium et ita illud quod dicitur noticia totius vocis scilicet aggregatum noticiarum omnium partium nec est noticia plera nec incompleta.

Confirmatur probatio noticiam intel-

ctiuam non posse produci in instanti superpono ut habet videri in posterioribus assensus antecedentis et consequentis (non posito impedimento) producere assensum consequentis: tunc volo quod Sortes pro hoc instanti habeat assensum duarum consequentiarum in quarum vna ex a/ propositione infertur. b. et in alia ex b. infertur a. cum aliquo sufficiente motu ad assentiendum a propositioni vt habeatur assensus a propositionis: tunc postquam etiam habetur assensus consequente in qua ex a infertur b. sequitur ex supposito quod etiam habetur assensus b. vt propositionis productus ab illis. Tunc sic arguitur: talis assensus b/ cum assensu consequente in qua ex b/ infertur a. sufficit causare assensum a propositionis et non est impedimentum: igitur ab illis per eodem instanti producit assensum a propositionis et per consequens assensus a concurrat ad assensum b. et econuerso assensus b/ ad assensum a quod est impossibile. ¶ Hec satis facit dicere assensum b/ non concurrere ad assensum a propositionis a quo producit talis assensus b/ sed ad vnum alium assensum a: ex illo deduceretur facilius quod pro tunc essent infiniti assensus vel duo infiniti instanti. aut ad minus non stare casus quod tota capacitas actiua potentie esset repleta.

Respondetur ad argumentum negado assensum partium nec preedit probatio nisi naturaliter. qualiter communiter negatur potentiam talem posse produci in instanti noticiam: nec propterea repugnat illi quantum est ex parte eius: si enim esset applicatum obiectum tali potentie in instanti sufficienter (non posito aliunde impedimento) haberetur eius visio. Dummodo tamen detur maxima distantia ultra quam visibile potest a tali potentia videri: concederetur visionem posse naturaliter produci in instanti: et consequenter dandum esset ultimum esse completum rei permanentis scilicet visionis: illud non reputatur inconueniens de re impartibiliter corumpenda. Idem sequitur super

id

potentia
notiæ
e a pot. acti
3 notitia in



Et per eundem modum probatur
quod non potest dici quod
noticia auditiva producat
in instanti postquam eius
obiectum non potest esse
in instanti scilicet vox vel
sonus.

non inuenerunt. Sicut debent in se et in partibus dei p. in se h
in imparelibus est incomparanda

De prima diuisione

posito q. dicitur maxima aduertentia vel
consideratio intellectus aut alterius po-
tentie circa aliquod obiectum que non
sufficit impedire potentiam visiuam ad
percipiendum visibile illi sufficienter appli-
catum non posito alio impedimento: vt
patet consideranti.

Ad aliud quod tangitur de no-
ticia auditiva: pcedo
ipsaz produci successiue in tpe in quo a-
dequate existit eius obiectu: nec pars
talis noticie producta in prima mediate-
tate illius temporis representat totum
obiectum: sed illam partem obiecti q. e. in
data medietate temporis: r ita nulla a-
lia pars (saltem que capitur secundum
diuisionem temporis (illius noticius noti-
cie representat totum obiectum. volo di-
cere noticiam auditiuam esse nature suc-
cessiue quo ad esse r fieri sicut eius obie-
ctum: r consequenter dico non esse inco-
ueniens talem noticiam auditiuam ob-
iecti successiui pponi ex noticiis partiu
illi obiecti ipsamq. esse incompletam li-
cet de noticia rei permanentis illud no
esse admittendum.

¶ Si forte dicat due noticie q. vna re-
presentat vnam medietatem sortis r
alia alteram non faciunt vnam noticiam
nec incompletam nec complexam diuin-
modovtraq. capiatur in recto ergo nec
tales noticie duarum partium vocis fa-
ciunt vnam noticiam. Dicitur conse-
quentia est nulla: non est simile de tali-
bus noticiis permanentibus r alijs suc-
cessiuis que habentur de partibus eius-
dem totalis obiecti sibi inuicem suc-
cedentibus.

Ad con-firmationem: toto casu ad
missio conceditur assensus
consequentie in qua ex a inferitur b/ cuz
assensu a producere assensum b/ intelli-
go concurrente potentia cum apprehē-
siuis propositionibus et influentia dei
generali. Nec oportet assensum b/ pro il-
lo instanti causare cum assensu consequē-
tie in qua ex b/ inferitur a/ aliquem assen-
sum a propositionis: sicut q. pro illo ista

ti sit tantus assensus a productus ab alijs
causis sicut tales cause possunt produ-
cere. ¶ Sed restat questio: quia er om-
nibus illis causis simul iunctis resultat
totalis causa productiua assensus a p-
positionis maior: q. sit prima causa que
ponitur producere assensum eius: et ita
maiorari debet effectus: quem remitto
ad secundam diuisionem, vbi similis dif-
ficultas de actu et habitu pertractabitur

Ad quartam dubitati-
onem respondendo/ presupponēde sunt
due opinioniones communes: vna non ad-
mittit tales species: alia opposita asse-
rit illas ponēdas. ¶ Pro intellectu pri-
me opinionis supponitur aliqua q. ha-
bentur ex okam questione. xviii. secūdi
sententiarū. Primum/ obiectum sensibi-
le nichil alterius rōnis ab ipso pot. cau-
sari in medio quod aliquid faciat ad p-
ductionē sue noticie. Scdm: obiectum
sensibile potest causare in medio/ saltes
tanq. causa partialis aliquid eiusdem
rationis cum obiecto: illud tamen nichil
faciet ad pductionē noticie obiecti pri-
cipalis. Scdm dictū probat opinio ex-
perientiā/ de radio solari transeunte pvi-
tri rubēti quā mediate colore vitri cau-
sat verā rubedinē in pariete opposito/
vel medio. Primum dictū probabit per-
tiones contra aliam opinionem.

Contra istam opinio-
nem arguitur: si obiectum sensibile cau-
saret aliqd eiusdē rationis i ipso medio
sequeretur q. in eadē parte adequata me-
diū intēderetur qualitates contrarie/ al-
lud est contra taliter opinantes: dicunt
qualitates contrarias in nullis gradib-
us se ppati posse. seq. pbat: sint duo
colorata coloribus contrarijs per idem
medium stat videri ambo illa obiecta r
per pns quodlibet illoz pducit in me-
dium qualitatem eiusdē rōnis: modo
tales qualitates pducte eodem modo
contrariantur/ et sunt in eadem parte
mediū: igitur. ¶ Nec valet dicere vnam

Co. ordinarum

Inueniunt
in casu p. hōis
ad hōis noticiā
q. sunt q.
vna hōis p. ma-
me

ita q. alia
vna hōis
p. hōis me
p. argum.

¶ In medio est sensus p. hōis
q. noticiam p. hōis p. hōis

noticie

illarum nihil producere: qz supponant eiusdem activitatis / r q simul applicetur tunc no est maior ro q vna illaz qli scdm illud modum dicitur qz qlibz qlitas sensibilis esset qualitas activa / postq non lia ratione dicitur aliqua qualitas activa / nisi qz nata est pducere qualitatem simile in specie: illud est ptra omnes philosophos qui solū ponit quattuor qualitates primas r activas.

Item si obiectū albū pduceret in medio albedinem sequeretur q aer posset multum albefieri: r taliter esset albius mediū vbi essent plura obiecta alba / et nigrius vbi essent plura nigra illud est contra experientiam.

Confirmatur. si non ponentur species sensibiles pducte ab obiecto vsqz ad potentia visivam: sequeretur q non esset requisitū mediū inter potentia visivam r ipm visibile in productione visionis / illud non est dicendum igitur: maior patet postq nihil existens in tali medio cōcurrit ad productionem ipsius visionis minor tñ pbatur tunc ad productionem visionis sufficeret obiectum r potentia cognitivā / p psequēs destructo medio taliter q esset vacuum inter potentiam r obiectum equaliter produceretur visio talis obiecti: cuius opposituz declaratur secūdo de anima. Et ita obiectuz positum supra potentiam visivam videtur quod etiā ē contra philosophum ibidem. Sensibile supra sensuz posituz nō facit sensationē. **S**iliter sequitur q p quacūqz distantia posset videri obiectū / qz si per aliquā ppter eius magnitudinē nō possit videri / hoc ideo eēt qd nō potest pducere suas species p tāta distantia: s; nō ponitur tales scdm opinionem oia ista sunt absurda r cōtra experientia igitur. **S**i forte dicatur requiritur mediū etiam illuminatū r tale lumen mediū partialiter cōcurrit ad productionem visionis / taliter obiectuz r po-

tentia non sunt causa sufficieas sed cuius illis requiritur illuminatio mediū: nec ad quacūqz distantiaz potest videri obiectum / postqz ipsum actiue pcurrit r nō est infinite activitatis / ideo dabit certa distantia p quam visibile poterit videri.

Contra illud arguitur pmo experientia potentia visiva exis in tenebris pot videri obiectū exis i medio illuminato / p pns nō requirit illuminatio totius mediū / et cū nō sit maior ratio de vna parte mediū qz alia / seqz q sine illuminatione alicuius partis mediū potest produci visio. pbatur etiā de aliquibus animalibus q vident p mediū nō illuminatū vt catz q noctu videt murem: r (vd dicitur lix p parietem: constat talia media non eēt illuminata igit: sine luce vel lumine poterit pducī visio. **S**i si requireret illuminatio mediū tanqz causa partialis pducēs visionē / sequeretur q vbi esset mediū magis illuminatū ceteris partibus pduceret pfectior visio obiecti. illud ē falsum igit: sequela pbatur. Quādo aliqua requiritur tanqz agentia producentia aliquem effectū per maiorationem alicuius illorum aliis non variationis resultat causa talis actiuoz r pfectioz: modo actiuoz causa debet maiorē pducere effectū: illud tñ pbatur falsum / tunc potentia visiva exis in radio solari pfectius videret solē qz extra radiū solarē qd est ptra experientia igit.

Confirmatur secundo: potentia visiva mediante speculo videt aliquid obiectum quod non videret sine tali speculo ipsa eodez modo se habente. illud nō potest saluari nisi ponendo species productas ab obiecto reflecti ad potentia visivam: assumptū patet quando aliqs videt alium post dorsum mediante speculo. Et ita quando aliquis videt coronam capit is propiū mediātibus pluribus speculis: non videtur qualiter illud saluari pot nisi species reflecterent ab vno speculo ad illud r ad potentiam

ma / n / ea obiecta / by / d / spo

De una pva / et apparo / ad obiectum / ito / panti

visiua. ¶ Si forte dicat sicut dicunt tenentes opinionē res visa mediātes speculo videt p lineā reflexā: sed qñ videt sine speculo videtur p lineam rectam.

Contra illud arguitur

querēdo vel talis linea reflexa ē aliqua pars mediū vel aliquid existēs in medio nō pōt dari primū postq̄ non oportet q̄ varientur partes mediū. Et si detur secundum cū nichil ponitur in medio aliquid faciens ad visionem nisi talis species/habebitur q̄ species producuntur ab obiecto vsq̄ ad speculū: r iterū reflectitur a speculo ad organū. ¶ Similiter si visibile poneretur iuxta speculum videbit p lineā rectā et etiā per lineam reflexam mediātes speculo. ¶ Possunt adduci alie experientie de speculis iuxta se positis/vbi apparēt plures imagines eiusdē obiecti: r sicut visibile ppter diuersam speculorū dispositionem aliqui appareret maius aliqui min⁹ q̄ est/ r aliquādo euersum. Eodē modo in speculo vitreo abraso plūbo nihil apperet: qd̄ nō pōt dici puenire nisi ppter diuersam receptionē specierū in tali speculo. Et ita argueret de aliquo visibili in vase profundo: vbi potētia visiua solū videret mediam profunditatem vase vacuo/ potentia nō videret tale visibile/hoc p̄z sensui: tamen si infunderetur aqua supra mediam profunditatem vasis/ videretur ip̄m visibile semper ip̄o manēte in fundo vasis/ istud nō videtur ex alio prouenire nisi ppter refractionē specierum visibilis: igitur.

Respondetur ad argu

mentū negādo q̄ sequat̄ ex opinioē q̄litates cōtrarias esse in eadez parte adequata mediū: s̄ vtrūq̄ contrariorū videtur per idē mediū/ nō opz vtrūq̄ (immo nec alterū) aliquid producere in medio q̄ vt dicebat̄ fm̄ dictā opinionē illud pductū in medio nullo modo pcurrit effectiue ad pductionē visionis principalis obiecti. ¶ Sicut obiectū se solo non sufficit pducere talē qualitatem in medio

sed simul requirit intensa illuminatio mediū. r qñ vltim⁹ dicit̄: si simul applicētur colores p̄trarij equaliter actui r. Soluet̄ ref̄ illud eodē modo sicut de calido r frigido equalis actiuitatis simul et equas liter applicatis eidem passo/ postq̄ non possunt talia agētia equaliter applicari respectu eiusdē partis passi precise/ arguētū non habet difficultatē nisi agētia ponerētur penetratiue: vel supposito minimo naturali effect⁹ pducēdi: et tūc quodlibet agentium ab alio impeditur respectu talis passi. ¶ De alio qd̄ dicitur colores esse natiuitates actiue pōt concedi illatū/ sed non dicerent q̄litates actiue sicut quattuor qualitates prime: quia nullus color est causa totalis productiua qualitatis p̄missis: nec tales colores agūt r patiuntur ad inuicem/ quorum vtrumq̄ inuenitur inter quattuor primas q̄litates. ¶ Ad aliud vbi dicitur tūc mediū posset multum albefieri/ illud potest concedi et cōsequenter q̄ mediū est albius/ vbi sunt plura obiecta alba: potest tamē dici/ mediū determinat sibi aliquos certos gradus vltra quos non potest recipere aliquem colorem intensiorem: et hoc propter raritatem sue materie: vel propter conseruationem totius compositi.

Ad confirmationem vbi querit̄/ post q̄ visibile nichil pducit in medio aliquid faciens ad eius visionem quare ponitur mediū r. dicitur vt dicebatur arguēdo. obiectum et potentia non sunt causa sufficiens productiua visionis: sed requirit̄ illuminatio mediū tāq̄ causa partialis. Et consequenter de illis experientis adductis diceretur non esse inconueniens potentiam visiuaē esse in tenebris videre obiectum in medio illuminato: e contra tamen potētia in medio illuminato non potest videre obiectum in medio non illuminato: r de animalibus noctu vidētibus. aliqui dicunt. est aliquid lumen connaturale in oculis ipsorum: et similiter ab illorum oculis (qui sunt corpora lucida) produ-

multum dicitur qd̄ est p̄z sensui (habet)

Et ad idē qd̄ dicitur qd̄ sicut obiectū se solo non sufficit pducere talē qualitatem in medio

noticie

estur lumen in medio: vel pōt dici q̄ est
 aliquod lumen remissum in ipso medio
 per totū / licet remissius sufficit ppe po
 tentiā q̄ prope obiectum. Et sic ppter
 magnā virtutē talis potentie visive / po
 test captus percipere obiectū mediāte
 tali illuminatione remissa mediū. Et ita
 diceretur de luce vidente per parietem
 q̄ est ibi aliquantulum luminis pductū
 per poros ipsius parietis. Nec videtur
 omnino improbabilis opinio Democri
 ti (quam recitat philosophus secūdo de
 aīa) ponēs medium non requiri in pro
 ductione visionis / taliter q̄ potētia visi
 ua z obiectū sunt causa sufficiens: z cōse
 quēter cōcederet h̄ esset vacuū inter
 potētiā z obiectū pducere visio ipsi?
 obiecti: nec habemus experientia de op
 posito / illud nō eēt incōueniēs vbi agēs
 natū est agere in distās non agēdo in p
 p̄iūm: vt diceretur de corpore solari
 quod calefacit ista inferiora nullū pro
 ducēdo calorem in spheris celestib⁹ in
 termedijs: ita quādo corrūperēt inter
 media non minus calefaceret ista infe
 riora. ¶ Et de distātia et extēsiōne me
 dij eodem modo diceretur vt dictum est
 arguēdo. Requiritur certa distātia ve
 ra vel imaginaria inter potētiā z ob
 iectum / taliter q̄ dabilis est aliqua distā
 tia: propter cuius magnitudinem obiec
 tum non potest per tantā videri ab ip
 sa potētia. Et ita dabilis est aliqua di
 stātia ppter cuius paruitatē potētia nō
 sufficit videre obiectū in tali distātia.
 Utrum detur maxima que sic vel mini
 ma que non alienum est a proposito.

An aliud vbi dicitur si

requireretur illuminatio medijsz. Tūc
 vbi mediū esset magis illuminatū pduc
 eret perfectior visio: negatur illud. sic
 ut excellens sensibile corrūpit sensum
 sic nimia illuminatio medijs per quod fit
 visio: z proportionabiliter dicendum es
 set de illuminatione medijs sicut de distā
 tia / potest impediri visio propter nimia
 vel parua illuminationem: quemadmo

dum de distātia diximus.

Ad secundam cōfirmationē

de speculis ar
 gumentū est apparens pro ipsis specie
 bus: tñ tenētes opinionem dictā rīdēt
 vt dicebatur arguēdo q̄ tale obiectū vi
 dere in speculo per lineam reflexam: z
 ita mediāte alio corpore polito vel dia
 phano: vt dicebatur de visibili in aqua.
 Ita dicitur a quibusdam de colore viso
 mediāte radio solari transeunte per vi
 trū / ibi videtur verus color vitri p lineā
 reflexā: z psequēter negāt q̄ aliquis co
 lor producat i medio ab aliquo obiecto
 visibili. ¶ Sed semper manet difficul
 tas de illa lineā reflexā: vbi nō videt ali
 ud dicendū: nisi qñ videt visibile mediā
 te speculo vel alio corpore polito / tunc
 dicitur videri per lineam reflexam: sed
 quādo videtur sine tali corpore sic qñ nō
 aliter cōcurrat q̄ in rōne medijs dicit
 videri per lineā rectā tñ: z ita tales deter
 minationes p lineā rectā et p lineam re
 flexā capiuntur sine cathogoreumatice z
 non vt habēt significationē coniūgētē
 ex significationibus partū. Nec eēt in
 cōueniēs idem simul videri p lineā re
 ctā et reflexam: z diuersitates apparen
 tes in speculo vel speculis nō proueni
 unt nisi ex diuersa applicatione z dispo
 sitione speculorū. Et ita licet aliquomō
 dē opinione dictā obiectionē i oppo
 sitū satisfieri potest: videtur tñ philoso
 phus expresse p alia opinione ponente
 species in scdo de aīa: vbi iprobans opi
 nionē Democriti dicit: oportet et sensibi
 le prius immutare medium q̄ sensum:
 quod declarat tam de lucidis q̄ de colo
 ratis: vt ibidem patet.

¶ Secūdo arguitur contra aliam opi
 nionem ponente species produci in me
 dio ab obiecto sensibili / aliqua potētia
 sensitua nō requirit tales species: ergo
 nulla: p̄na tenet postq̄ in oibus videtur
 equalis ratio: z antecedens pbaf de po
 tentia tactiua vel gustatiua: que non p
 cipit suū obiectum nisi sit illi immediatū
 et p̄ns postq̄ non req̄rit mediū inter

*Quid dicitur
 vbi dicitur
 reflexam*

*¶ primo p
 potest*

*A seu obiecto sensibili...
 in medio spiritus...
 illuminatio medijs...
 Appetitia, sed potest...
 sed sunt qua nō*

De Prima diuisione

talē potētiam et obiectum: nec etiā req-
 ritur species: et ita videtur q̄ potētia au-
 ditiuā nō percipit eius obiectum p̄ spe-
 cies: oportet sonum diffundī viq̄ ad sen-
 sum: ad hoc q̄ percipiatur. ¶ Simili-
 ter si poneretur tales in medio: vel eēnt
 eiusdē rationis cum obiecto a quo pro-
 ducūtur vel essent alterius rationis: nō
 primū tūc species albedinis et nigredi-
 nis adinuicē p̄trariarētur sicut albedo
 ⁊ nigredo: illud non est dicēdū postq̄ vi-
 detur albedo et nigredo per idē mediū
 in tali medio simul starēt qualitates cō-
 trarie. Nec est dicēdū tales species esse
 alteri rōnis q̄ obiectū. Tū primō / si ali-
 quid tanq̄ causa totalis p̄ducit aliq̄
 effectus: talis effectus debet assimilari
 agēti: sicut tūc potētia citius discerneret
 inter obiectū et speciem q̄ inter diuersa
 obiecta eiusdē rōnis quod nō est dicen-
 dū. Tum tertio: rubedo apparēt in ra-
 dio solis trāseunte p̄ vitrum rubeūz est
 species rubedinis vitri: ⁊ cōstat illā non
 esse alterius rationis a rubedine vitri.

¶ Similiter esset querēdū vel talis
 species p̄ducta in medio est diuisibilis
 vel indiuisibilis: nō primum postq̄ pro-
 ducitur in potētia indiuisibili: nec scdm
 postq̄ in medio diuisibili producitur.

Confirmatur vel talis speci-
 es producta i
 medio solū producit ab obiecto / vel re-
 quirat aliquid aliud cum ipso obiecto ad
 p̄ductionē illius. ¶ Sicut querē-
 dū / vel talis species imediate cū poten-
 tia p̄ducit noticiā vel cum illis sicut p̄cur-
 rit obiectū imediate. ¶ Si forte dicat
 vt dicēdū est / species a solo obiecto p̄-
 ducitur: ⁊ imediate ad p̄ductionem no-
 ticię p̄currit potētia ⁊ species: obiectus
 solum imediate produciendo species.

Contra illud arguit: sequeret q̄
 obiectum eodem modo
 p̄duceret species per mediū non illumi-
 natū sicut per illuminatū: ⁊ ex illo sequi-
 tur q̄ potētia visiuā in tenebris ⁊ obie-
 cto similiter in medio nō illuminato for-
 maret noticiā talis obiecti postq̄ sunt

cause sufficētes ad p̄ductionem noticię
 ¶ Si forte dicat requiritur illuminatio
 mediū ad p̄ductionem specierum

Contra vel obiectū per oēs ptes
 mediū p̄duceret tales spe-
 cies vel nō per quālibet talem partem:
 non est dicendum secundū postq̄ nō pō-
 test assignari rē. similiter oppositum p̄-
 tet experientia: ex eo q̄ in quolibet p̄cto
 mediū potētia cognitiua perciperet ob-
 iectum: ⁊ si per quālibet partē mediū ob-
 iectū producit species / sequitur q̄ mediū
 existēte infinito extēsiue obiectū p̄duce-
 ret species p̄ illud totū mediū: ⁊ sic esset
 infinite actiuitatis. ¶ Nec valet dice-
 re q̄ ppter exfinitā actiuitatē / dabitur
 aliqua distātia vltra quā obiectū nō po-
 test p̄ducere species: q̄ potētia perfe-
 ctior pōt cognoscere a maiore distātia
 et postq̄ deus pōt in infinitū potētiam
 perfectam producere etiā quacūq̄ distā-
 tia data / per maiore pōt videri tale ob-
 iectum: ⁊ non sine speciebus p̄ductis ab
 obiecto vsq̄ ad potētiam igitur.

¶ Itē si totū obiectū p̄ quālibet ptem
 mediū p̄duceret spēs / eadē rōne media-
 tas obiecti et ita quēlibet pars visibī-
 lis p̄duceret speciem in eadē parte me-
 diū: sed ex illo sequitur q̄ in quilibz par-
 te mediū esset infīnita species / quod nō ē
 dicēdū. ¶ Si forte dicatur sicut pars
 obiecti est minor / sic p̄ minorem distan-
 tiam p̄ducit specie: ⁊ similiter speciem
